



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

9 de maiori excommunicatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

hanc visibilem fidelium ecclesiam excommunicatus minori sententia iure ipso fit, *c. vestra, de coh. ab. cler. & mul.* Et ideo saepe olim a societate ecclesiae, scilicet potius & a sacris, donec poenitissent, pellebantur publice peccantes. Sic D. Ambrosius Theodosium Imperatorem, ob perpetrata in Thessalonica ciuitate caedem, cum Mediolanum venisset, & solemniter templum ingredi voluisset, enarrata primam immanitate sceleris, & quod minime deceret, vt iniuste caedis sanguine pollutus, sanctum Dei templum ingredi retur, ab ingressu prohibuit, dixitque, *Recede, recede, ne altero peccato priora crimina augete contendas, suscipe vinculum, quod te omnium Dominus nunc ligat, in hist. Trip. lib. 9. c. 30. & Theod. lib. 5. hist. c. 18.* Est enim haec excommunicatio medicinalis, *c. 1. de sent. excom. in 6.* qua quis resipiscere adigitur, *c. multi, 2. q. 1. d. c. aude, c. eorum, & c. corripianur, 2. q. 3. c. notandum, eod. can. et h. 11. q. 3.* Et ideo postea cum illis communicamus, dum te fideles esse futuros promiserunt, *c. sane, 2. q. 2.* Et excommunicatos ab ecclesia remouendos, donec poenituerint, statuit concil. Antioch. *ca. 2.* Aliud caput excommunicationis minoris, qua quis ipso iure notatur, est, si quis excommunicato maiori excommunicatione communicat, *c. praecipue, & c. si quis episcopus, & seq. c. sicut apostoli, can. episcopi, c. placuit, & ca. si. 11. q. 3. Pan. in c. nulli, de sen. excom. c. super, eo. fermone, oratione, salutatione, comelitione, osculo, quae vitari debent, c. si inimicus, & seq. 83. 6. q. 1. c. ad mensam, c. rogo, c. quatuor, c. si seq. can. excommunicatos, c. antecessorio, 11. q. 3.* Et in canonibus apostolorum, in *can. 10.* sic cautum, *et ne dixerint quod xpi de vobis vultis, et dicitur deo, Si quis cum excommunicato, etiam in domo preces comunxerit, & ille communione priuetur.* Et in ysaia ad Carchag. idem statutum fuit, *ca. 9.* In Braccarensi concilio primo, *ca. 33.* qui pro haeresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare praesumat. Quae si quis spernit, voluntarie seipsum alicuius a comunione faciat. Et concilio Tolitano primo, *c. 15.* si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum eius, vel clericorum, vel religiosorum nemo accedat. Si militet, & clericus si abstinetur, a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui vel conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur: sed pertineat ad eos clericos, qui eius sunt episcopi, & ad omnes qui communiti fuerint de eo qui abstinetur, si ne laico quolibet, siue clerico. Quo fieri abstentus pro excommunicato accipitur, sicut apud Cyp. *lib. 1. Epist. epist. 11.* dum ait, *Et idcirco consulte & cum vigore fecisti, frater carissime, abstinendo diaconum, qui cum virgine saepe mansit, sed & ceteros, qui cum virginibus dormire consueverunt.* Simile etiam ac in superioribus conciliis statutum in conc. Antioch. *c. 2.* Accedit haec fundamentum praecipit Dei, vt qui noluit audire ecclesiam, sint tanquam ethnici & publicani nobis, *Matth. c. 18.* cum quibus nulla erat legitima Iudeis participatio, non commercium, seu communicatio, *Tobias 1. 2. Ma. hab. 3. c. sicut satius, 18. q. 4. c. vestra, c. sicut de coh. ab. cler. & mul.* Et D. Paulus postquam ob fornicationem excommunicauit Corinthios, subit *1. Corin. 5. Si quis, qui frater nominatur, est aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, cum huiusmodi noc. cibum sumere.* Et D. Ioannes 2. *epist. ca. 1.* Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis, quia qui dicit ei aue, communicat operibus eius malignis. Et in summa qui extra nos sunt, iure communicare nobiscum non possunt, *c. illi, qui illa peccata, 6. q. 1.* Eo pacto & excommunicatus est, qui excommunicato literas mittit, *c. ubi periculum, §. nulli etiam, de e. et. in 6. & ibi Archid. & Jo. And.* quia per literas loquitur, vel per nuntium, *l. & licet, de const. pec. in P. l. consensu, de aut. in P.* Quamobrem colligimus, excommunicatio non esse communicandum, ne excommunicatio in alium sic traseat, *c. si quis laicus, c. excellentissimus, 11. q. 3. & c. sane quod, 14. q. 2.* Et Zonaras videtur sanctionis istius reddere rationem, contemptum & calumnia eius, qui separauit, si non viterit separatus, quasi is male separauerit, *Zonar. super c. 11. Apostol.* Sed contemptus Dei adest, quia non homo solus ligat excommunicatione, sed Deus, *c. nemo contemnat, 11. q. 5.* qui auctoritatem ligandi & soluendi dedit, *Mat. c. 16.* Ideo siue iuste, siue iniuste lata fuerit, propter auctoritatem ligantis timenda, *c. 1. 11. q. 3. c. qui iniustus, eo.* antequam de iniquitate appareat, *ca. si episcopus, 11. q. 3.* vt si quis eam contemnat, ipso facto incurrat excommunicationem, *d. c. qui iniustus.* Quamquam iniusta coram Deo non liget, *ca. quomodo, 11. q. 3.* Proinde & magis licere respiciendum est cum pagano communicare, quam cum excommunicato, *c. ad mensam, 11. q. 3.* Is enim gentilis cum melior fieri possit nondum in veritate amplexus, lucro ecclesiae esse potest: at excommunicatus in communionem admittis, deterio fieri impeditur, & idcirco commercium nobiscum habere prohibetur, vt erube-

seat, & confusus respiscat, *ca. si inimicus, 9. 3. dist.* Quare & qui seculus occultum esse excommunicatum, & is eum deuitare tenetur, *c. si tantum, & c. seq. 6. q. 2.* Et si manifeste excommunicatus ingreditur ecclesiam, reliqui, qui in ea ecclesia, seu sancta basilica iunt, egredi potius debent, quam eum ibi pati, *c. omnis qui, 2. q. 3. & ca. sicut Apostoli, 11. q. 3.* excepto sacerdote, qui sacram liturgiam perficit, & incipit sacrum diuini officii canonem, *ca. nihil, 7. q. 1.* Quinimo & is excommunicatur post mortem, qui haereticum constituit heredem, *c. sane proferitur, 2. q. 2.* Is namque excommunicatus est haereticus, *c. quod autem, 4. q. 1. c. excommunicatus, ca. ad abolendam, de her. apud Greg.* Ideo nec viuus nec mortuus cum eis communicare oportuit, cum quibus nec viuentibus licuit, *c. sane, 14. q. 2.* Debet etiam & iisdem rationibus praeterlati ipse ab altero praeterlati excommunicatum vitare, & iubere a sibi subditis vitari, *c. cure, 11. q. 3.* aliter deponendus est, *c. Theogaldum, & c. quoniam, c. excommunicatus, 11. q. 3.* Antiqui ethnici etiam non admittentur sceleratos & criminibus grauioribus notatos, ad sacra, vt in Eleupinorum sacrorum initiatione, impios & sceleratos submotus voce praeconis costat. Quare nec illis interesse autum Netone, Suetonius in Ner. ait. Et Iulius Capito, in vita Antonini philosophi, Marcum Antonium Eleufiniae Cereris templum adiuuere scribit, & sacrarium, vt in innocente approbaret, refert Statius Papin. *lib. 3. syluarum,* quaedam scelera, ob quae arcebantur homines a sacris, & ait,

— Adeste,
Dug, hominesq; sacris procul hinc, procul ite nocenti.
Si cui corde nefas tacitum, fessig; senectus
Longa patris, si quis pulsata concius vngnam
Mauris, & inferna rigidum tenet Eiacon vna:
Insonis castroq; voco.

Scribit & Lamprid. in Alex. Iussuque quemadmodum in Eleufinis sacris dicitur, vt nemo ingrediatur nisi qui se innocente nonerit. *Arnobius lib. 7. aduers. gentes,* testatur gentes dum maerent diis suis & adire disponent eorum templa, ab omni se labe puros lautos, castissimosq; praestitisse. Idem & Lactantius innuit, *lib. 5. c. 24.* Et Tibullus *lib. 2. Eleg. Elegia 1.*

Vos quoq; abesse procul inbeo, discedite ab aris,

Quos vult besterna gaudia nobis Venus,

¶ Sunt tamen personae aliquae, quae possunt impune personis excommunicatis communicare, ob necessitudinem, & praecedentem coniunctionem: qualis vxor, filius, seruus, qui ignorat excommunicationem: & qui impellitur necessitate, vt cum excommunicato participet, vt medicus, *c. quomodo multos, 11. q. 3. & 6. excellentissimus, eo.* quive ea mente cum eo comunicat, vt corrigat, *c. antecessor, 11. q. 3.* In Gallia ex synodo Basil. seu prag. sanct. *14. de excommunic. non vitan. & in Concord. Leo. Pap. & F. anc. de excomm. non vitan. receperunt,* ne teneantur vitare excommunicatos ab homine vel a iure, siue suspensos, seu interdictos: nisi suspensio, interdictum, prohibitio, vel excommunicatio, quae contra personam, vel locum, vel vniuersitatem, aut alium locum certum, fuerint ad iudicium pronuntiat, vel denuntiata specialiter aut expresse: aut ita notorie in excommunicationis sententiam confluerit eos incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari.

De maiori excommunicatione. Cap. 9.

- 1 Maior excommunicatio qua. Synagogae priuatio maxima Iudeis pena, *eod.*
- 2 Anathema, excommunicatio maior sollemnis. Anathema quid, *eod.*
- 3 Sacer homo quid, & deuotus.
- 4 Excommunicatio in locum mortis legis Moysaicae subrogata.
- 5 Excommunicatio ipso iure & ab homine. Excommunicatio ipso iure quibus casibus quis incurrit, & absoluitur tantum a summo Pontifice, vel tantum ab alio in mortis articulo, *eod.*
- 6 Excommunicatio maioris casus, quibus absolui quis potest ab ordinariis.
- 7 Excommunicationis maioris mala.
- 8 Excommunicatio pro quibus casibus inferitur ab homine, & excommunicare quis possint.
- 9 Excommunicatio non leuiter proferenda, & quomodo. Monito sententiam iustam excommunicationis praecedere debet, *eod.*
- 10 Excommunicationi causam inseri debet, idem in absolutione.
- 11 Absolutio ad cautelam in quibus casibus datur.

